bellotos et officiales ipsos super hiis non trahas ad iusticiam coram te, set patriarcis et controversias ipsas tractari et diffiniri coram ipsis secretis, prout ad dictum officium coram nobis pertinere. Preterea, quia hiidem Urso et Constantinus supplicaverunt nobis, quod, cum Urso Benba et socii olim in anno proximo preterito III. indictionis secreti iuratie precessores sui quedam de iuribus proventibus et redditibus eiusdem secretie locaverint et concesserint ad cabellam diversis personis de provincia ipsa et quedam alia consenserint ad credentiam procuranda, pro quibus tenere eisdem Ursoni et Constantino a principio predicti presentis anni III. indictionis usque nunc ponere racionem et satisfacere de hiis, in quibus tenentur eisdem, ad positionem racionis ipsius et satisfacionem huiusmodi difficiles se ostendunt, compelli eos ad id nostra per te mandare serenitas dignaretur, ipsorum supplicatione inclinati, cum nolimus eos fraudari, quatenus ab eisdem cabellotis et credenceriis de iuribus supradictis, fidelitati tue precipimus, quatenus ad requisicionem predictorum Ursonis et Constantini vel alterius eorundem omnes illos, qui ad ponendum eis racionem tam pro cabellis, quas exercuerunt, quam pro hiis, quas ad credentiam procuraverunt ex comissione predictorum Ursonis Benbe et sociorum, pro anno antedicto presenti tenentur et ad satisfaciendum de toto eo, in quo racione [a] 25, ipsorum cabellarum et credentie eis tenentur pro parte nostre curie, tepidi fuerint et renuisse, ad ponendum eis racionem eandem et satisfaciendum de toto eo, in quo per racionem eandem invenientur eis iuste et racionabiliter pro parte curie nostre tenere, pro toto tempore, [b] 26 quo cabellas et iura predicta exercuerunt et procuraverunt, infra annum presentem omni coercione, qua expedire videris districte compellas, ita quod eisdem Ursoni et Constantino exinde integraliter satisfiat et de hiis iustitias non fraudentur.

dat. Brundusii II. novembris [1280].

Similes facte sunt: [1] iustiziario Aquitanie, [2] iustiziario terre Ydronti, [3] iustiziario Basilicate.

Dat. ut supra.

[a] 25 Reg. N racionem

[b] 26 Reg. ipsorum